



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 30. Cardinalis itineri accintus in Angliam profecturus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI.** **A C. 1554.** saluti, nec suæ dignitati condecens foret, se tamen post liberam eorum conversionem omnibus amantissimum Patrem, ac perbenignum, & mitissimum Protectorem exhibiturum pollicebatur. Pariter Papæ Nuntius, qui huic colloquio intererat, Legati promissionem confirmabat, adeo, ut regius Orator sibi plene satisfactum esse ostenderet, simulque adderet, quod omnia sibi iuncta ad amissim expleturus esset, & Regis, ac Reginæ nomine Polo Archiepiscopatum Cantuariensem proxime vacaturum, qui primaria Regni sedes erat, offerret. Verum ad hæc Legatus respondit: „cum non nisi Pontificis ministerium agam, nullatenus meis commodis inservire possim, nec etiam decentiæ leges permittunt, ut meas res procurare cogitem, priusquam publicum legationis meæ, nec non Pontificis, sedisque Apostolicæ negotium fuerit confectum.

## §. XXX.

*Cardinalis itineri accinctus in Angliam profecturus.*

*Pallav. n. 10.* *Thu. hist.* *lib. 13. n. 5.* *Greg. leti* *vie de Elisabeth.* **Quamprimum Romam fama esset delata, quod Imperator, ac Philippus ejus Filius Legato amplio- rem facultatem concedi peroptarent, mox Sancta Sedes non expectato aliorum con-**

confilio novum diploma die quinta Octo- Sæcul. XVI.  
 bris Polo tradi curabat, atque in eo- A.C. 1554.  
 dem Purpuratorum Senatu cessionem,  
 qua Cæsar in Angliæ Regem Neapolis  
 Regnum transmittebat, ratam habuit,  
 eamque in rem postea cessionis diploma  
 conficiebatur: priusquam vero Ponti-  
 ficis responsum circa potestatis exten-  
 sionem deferretur, cuncta, quæ Car-  
 dinalis legationem præpedire potuissent,  
 obstacula tam prospere submovebantur,  
 ut Regina ex suis Sacellanis quempiam  
 unacum literis ad Polum die tertia No-  
 vembris ablegaverit, atque eidem signi-  
 ficaverit, quod totum denique negotium  
 esset confectum, ejusque adventus cum  
 ingenti expectaretur desiderio, ut rur-  
 sus Regnum cum Ecclesia Catholica con-  
 ciliaret: quapropter Polum nulla mora  
 Mense Octobri sese itineri accingens,  
 Cæsarem, a quo per novem Menses  
 detinebatur, valere jussit. Adventanti  
 Regina Bruxellas usque obviam præ-  
 mittebat duos Angliæ Proceres Page-  
 tum, & Hestingum, quorum postre-  
 mus erat supremus Regii stabuli Præ-  
 fectus, & prior olim inter Sommer-  
 seti Ducis amicos, ac familiares præ-  
 cipuus, qui regnante Eduardo VI. sedu-  
 lam Protectori operam pro instau-  
 randa spuria Reformatione locabat, nunc  
 D 2 vero

Sæcul. XVI  
A.C. 1554. vero mutata regni forma animi quoque  
sententiam, fidemque mutabat.

## §. XXXI.

*Polus in Angliam appulsus, ac per-  
honorifice exceptus.*

Thu. l. c.  
Sleid. l. 25.  
p. 951.

Porro Legatus Caletum perveniens paratis ad id sex navibus secundo vento in patriam trajecit, ac Donaveram, qui in Anglia proximus est Franciæ portus, felicissime delatus est, ibidemque ab Eliensi Episcopo, & Montis acuti Vice-Comite, necnon a magno Nobilium undique confluentium numero excipiebatur, tandem vero Gravesindæ ad Tamesis ripam, quæ Londino decem circiter leucis distat, obvios habebat Dunelmensem Episcopum, & Sarisberiensem Comitem, qui felicem reditum illi gratulantes, ipsi Regis, ac Reginæ nomine plurimam salutem precabantur, simulque diploma de ejus restitutione exhibebant, addentes, quod in comitiis, undecima Novembris die celebratis, magno omnium consensu lex fuerit abrogata, vi cujus Polus sub Henrici VIII. regimine mortis reus declarabatur; cum omnino decentia prohiberet, ut Papæ Legatus adhucdum mortis sententiæ obnoxius in Regno compareret. Intererant huic Sessioni ipsemet Rex, ac Regina, præcede-